Attende o anima mea grandem dulcis yeſu man ſuetudinem uide q̄ patienter q̄ humilime contra oblatrā tes canes ſeruat ſilentium nec uerbum reſpondet ſed uelut homo non audiens et non habens in ore ſuo redar gutiones Que falſo ei obici untur humiliter ſuſtinet nec reſpondit quicq̄: quia eos nequaq̄ dignos ſua reſpon ſione putauit. Tunc canes illi forciſſimi ex taciturnita te ieſu magis exardeſcentes ex furore: et ad iracondiam concitati impetuoſis clamo ribus in ipſum irruebant: O quotiens ut arbitror in hec contumelioſa uel ſimilis prorumpebant uerba: Non habes linguam o latro im

pijſſime. En mut⁹ ⁊ elinguis effectus es. Quo nunc abijt tua crebra loquacitas qua turbaſ tibi fauentes ⁊ populos ſequentes per templa: vicos ⁊ compita imbuebas. Tunc multum loquax ⁊ clamoroſus extiteras cum turbe ſequebantur te ⁊ eas per ciuitates ⁊ caſtella ⁊ loca deſerta ducebas. Nunquid non tu ille es qui populis in templo prolixos ediſerens ſermones nos phariſeos legis doctores ⁊ principes: ſic audacter: ſic temē arguebas nos uocans ypocritas et mltiplicia īferēs obprobria: ecce nunc tibi digna premia rependimus iam et enim nō ſunt indocte turbe et rudes homuntiones in quib; habebas fiduciā quoſq; tuis blandis ac ſubdolis ſermonibus ſeducebas hec uerba et alia q̄ plurima ſimilia ⁊ acriora in agnum manſuetiſſimum conijtientes facta uerbis addebant: Et uelut amentes furenti impetu manibus et pedibus in ipſum inſiliebāt Circundantes circundederunt eum ⁊ uerberibus obprobria cumulabant: Alij quide; dextras eleuātes omni quo poterant conatu ue nerandam illam ⁊ ſacratiſſimam facie; contūdebāt alij colaphis eum cedebant ⁊ in collum ſuum ſpecioſum percutiebant: O Miranda domini mei deriſio. Solent quidem in collo percuti fatui ⁊ deſpectabiles perſone. Ad maius igitur deriſum: benedictum ieſum in collo cedebant. Alij uero immundiſſimis ſputis vultum angelicum deturpabant: nec ſolum ſimplicibus ſaliue ſputis: ſed execrationibus ſuis fetidiſſimis: O res horrida dictu: Quid turpius. Quid deſpectius q̄ in faciem expuere. Illam ſane faciem in qua; deſiderant Angeli proſpicere. Jam impletum in eo apparet illud prophete uaticinium. Faciem meam non auerti a confuſione ſputorū Prendebant alij crines illoſ conſpicuos ab humeris uentillantes ⁊ barbam fulgentiſſimam atq; excute illa precioſa ⁊ ſplendidis gēnis cuellabant. Alij totum corpus hincinde trahebant ⁊ ad omnem uerſantes partem. Nunc ſurſu; leuabant nunc deorſum precipitabant.

Modo uero pedibus ac pu-
gnis totum concutientes in
terram deiciebant: Jnuehũt
certatim in eo omnes uelut
īmites lupi in ouem mittiſſi-
mam: ⁊ uerberibus ignomi
nioſa uerba miſcentes: totũ
fatigant ⁊ ſautiant: totũ glo
rioſum corpus. Non nũꝗ ue
ro ipum in ſede reponunt ſu
per poſito uello oculos precio
ſos tegũt ⁊ dantes in eius fa
ciem duriſſimas alapas in-
quiunt: Prophetiza nobis o
christe qui propheta a genti
bus uocabaris quiſ eſt qui te
percuſſit. Crede quidem ꝙ
ſepius ex uehementibus pal
marum ictibus nunc ex ore
nũc ex naribus delicatis uio
lentum ſanguinē euomebat
O dulciſſime ieſu ꝗ̄ acerba
ꝗ̄ terrifica ſunt iſta que au
dio: heu mihi pie ieſu: Cur ñ
totus deficio. Cur nõ deficit
anima mea in dolore ⁊ oculi
mei in gemitibus dum iſta
pertracto. Uenite lacrime
mee ab intimo cordis fonte
defluite obruite oculos meoſ
ueſtro imbre copioſo: O cor
meum lapideum cur non ſci
deris. heu me miſeruꝫ quia
dominus meus innocēs pro
me culpabili tot portat ob-
probria ⁊ ego ingratiſſimus
nequaquam eidem compa-
tior Miſerere mihi clemen
tiſſime domine quia omnia
iſta conſidero: mente ſepius
uerſo: ſed pre inopia dilectio
nis non ſentio ⁊ pre ariditate
non guſto: vulnera igitur
cor meum pie ieſu ut tecum
doleam tecum contriſter: et
tibi compatiar ecce enīꝫ tibi
merito compatiendum fate
or. Quid enīꝫ feciſti quid me
ruiſti: ut tot contumelias pa
tiaris. Tu es factus deriſio
⁊ obprobrium hominum et
abiectio plebis: A ſeculo nõ
eſt auditum ꝙ nephandus
homo aut ſceleratiſſimus
quiſquam ſic uiliter tracta
retur. Et quare dulcis domi
ne tanta ſuſtines. Nempe
pro me. Quid igitur tibi re
tribuam pro omnibus que
feciſti michi. Ue mihi ingra
tiſſimo: nam ego deliqui et
tu tormentis ſubiceris per-
petraui delictum ⁊ tu penas
luis. Ego ſuperbus fui ⁊ tu
humiliaris. Ego fruor deli
tijs: ⁊ tu totus uerberibus
⁊ conuitijs cruciaris: heu
me infeliciſſimum. Cur non
plango. Cur non pectus ma
nibus pulſo ⁊ ſingultibus

rumpor. De te enim audio pie domine tot ꝛ tanta quibus quidem compaſſione deberent ſaxa moueri. Sed miſerere michi bone yeſu ꝛ adiuua infirmitatem meam ꝛ ad auge exiguitatem doloris mei. ❡ Sed iam ad noſtrū benedictum ieſum in manibus frementium ꝛ rabidorum canum poſitum reuertamur ubi igitur ſeuiſſimi ſacerdotes iam ſatures de carnibus pacientiſſimi ieſu fuere laſſati dixerunt ad inuicem: Quid de hoc homine faciemus. Magna adhuc pars nocturni temporis ſupereſt. Si libet unuſquiſqꝫ ad domos redeamus proprias quouſqꝫ dies illuceſcere ceperit: ꝛ ſinguli mente recogitent qua pena hunc feriamus maleficum. Tunc aliqui ex miniſtris armatis ad uocantes mitiſſimum ieſuꝫ totum afflictum totum ſqualentem ꝛ palidum ac liuoribus ſauctium in opaco ꝛ teterrimo carcere in parte domus inferiori reponi mandauerunt atqꝫ ad calomniāꝫ quandam reſte tenaciſſima fortiter colligari. Nōnullos quoqꝫ ex illis diris carnificibus ad eius deputauerunt cuſtodiam. Hiſqꝫ peractis unuſquiſqꝫ ad propria rediere. Heu heu bone ieſu quia poſuerunt te in lacu inferiori in tenebroſis ꝛ in umbra mortis: O quales ſermones putas fuerant quos abeuntes illi crudeliſſimi ad inuicem loquebantur nunc diuiſi nunc inſimul iuncti bini aut terni. Equidem ut arbitror funerey ꝛ letales fuerant ſermones de perdimendo .ſ. dominum ieſum. Hoc intra ſe ſolummodo cogitabant hec eorum colloquia erant obliti erant ſomni et quietis: tanta erat perdendi cupiditas ut labor eis non eſſet noctem illam inſomnē ꝑtrahere. ❡ Sed hic ſiſte o anima mea ꝛ cum magna cordis compaſſiōe ꝛ effuſione lacrimarum uberima cōſpice dilectiſſimum ieſum tuum ad columnam ligatuꝫ manibuſqꝫ poſt tergum ligatis ſuper frigida ꝛ humenti terra intuere faciem illam ſanctiſſimam ſputis ꝛ puluere deturpatam circuierunt eum canes illi ſpurcidiſſimi ad eius cuſtodiam poſiti ipſum multipliciter deridētes

et cõuitijs exagitantes .So
lent namqꝫ tales utpote uini
potatores ſimilia facere Et
nũc illud pſalmiſte impletũ
eſt aduerſum me loquebãt
qui ſedebant in porta et ĩ me
pſallebant qui bibebant ui
num o dulcis yhu in cõſpec
tu tuo ſunt omnes qui tribu
lant te Jmproperium expec
tauit cor tuum et miſeriam
Conſideraqꝫ :O anima mea
in his obprobrijs dominum
uerecundum ꝛ in deriſioni-
bus ac afflictionibus patien
tem vultuꝫ ſemper dimiſſuꝫ
ad terram habentem ꝛ ſilẽ
tem ad omnia tamqꝫ uere eẽt
deprehẽſus in culpa ꝛ mira
cordis contritione compate
re benigno ieſu:O bone ieſu
o benigniſſime domine quã
tis te afflictionibus ꝛ contu
melijs oppreſſuꝫ cerno attri
tum ꝛ concuſſum ex pugnis
ꝛ colaphis ꝛ p̃dolore ꝛ ſom-
no caput erectum tenere nõ
ualentem ſed inclinantẽ nec
habentem ubi reclinet :O
dulcis ieſu trahe me ad te ut
quieſcat caput tuum ſuper
humerum meum ieſu ſuauiſ
ſime : qui ſic blaſfemari et
conſpui ꝛ derideri uoluiſti
tribue michi: ut tui amoris
igne accenſus flagellari et
mori pro tui nominis gloria
non formidem.

¶ Meditatio de trina petri ab
negatione facta in domo cay
phe ꝛ de eius fletu pro dic-
ta negatione.

Nunc diuertamus
ad petrum ſtãteꝫ
in atrio pontificis
Dum pius ieſus
conuitijs ꝛ uerberibus affli
geretur .Dum enim ipſe do
minus ieſus a domo Anne
ad domum cayphe duceret
ſecuti ſunt eum petrus ꝛ ali
us ille diſcipulus qui ꝛ huic
pontifici ſimiliter notus erat
quiqꝫ petrum introduxit.
Cum igitur petrus ſtaret de
orſum in atrio cuꝫ miniſtris
ad ignem uidiſſetqꝫ euꝫ an
cilla quedam ait hijs qui ibi
aderant .Et hic erat cum ie-
ſu nazareno ſtatimqꝫ alius
homo ibi exiſtens ſubiunxit
uere ꝛ tu de illis es. Petrus
uero reſpondit cum iuramẽ
to quia non nouerat homi-
nem ꝛ mox gallus cantauit
hecqꝫ ſecunda negatio Pe-

tri. Poſt puxillum uero in-
teruallo facto quaſi vnius
hore acceſſerunt qui ſtabãt
⁊ dixerunt petro: uere ⁊ tu
ex illis es. Nam ⁊ galileus
es: ⁊ loquella tua te manife
ſtum facit. Dixit vnus ex ſer
uis pontificis cognatus eiꝰ
cuius abſcidit petrus auricu
lam non ne ego te uidi in or
to cum illo. Petrus uero tũc
cepit deteſtari anathemati-
zare ⁊ iurare quia neſcio ho
minem iuſtum quem dicis.
Et cõtinuo adhuc illo loquẽ
te cantauit gallus: dominus
vero qui ſurſum erat in ma
nibus impiorum conuerſus
deorſum reſpexit petrum.
Tunc recordatus eſt petrus
uerbi quod dixerat ei ieſus
⁊ egreſſus foras fleuit amare
Nunc predictã omnia de
petro ſingulariter diſcutia-
mus: Cõſidera o anima mea
feruentem petri amorem: ⁊
eius fragilitateꝫ: Uere equi
dem ſuum dominum dillige
bat quia ſe paratum ſecum
offerebat ire in carcerem et
in mortem ⁊ amoris ſtimula
tus ardore mortis ſubmiſit
periculo cum abſcidit auri-
culam ſerui. Uide quoque
grande dilectionis inditium
quia cum ceteri fugerent ip-
ſe cum alio diſcipulo ſeque-
batur eum licet a longe. Sꝫ
tamen vnius mulieris uoce
ꝑterritus negauit magiſtruꝫ
vnde hoc. non aliunde arbi
tror: niſi quia primo cum ma-
gna audebat: cum ſuo ieſu
erat ⁊ ideo grandia preſume
bat. Sed cum ab eo extitit ſe
paratus decreuit calor ille
quod patet: quia ad ignem
ſtabat. Deficiente namqꝫ ca
lore intrinſeco ad extrinſe-
cum ſe uertebat. Dum ſui
preſentia fruebatur ⁊ nichil
habebat moleſtum multa p̄
ſumebat. Ingreſſus uero do
mum pontificis ubi flagella
⁊ tribulationes inferebãn-
tur omnes amiſit uires. Diſ
ce ⁊ tu o anima mea exẽplo
petri ieſum feruenti amore
dilligere ſic tamen ut quod-
cunqꝫ tribulentum emerſe
rit non te ſepet ab amore di
lecti ieſu: Sed dicas cuꝫ apo
ſtolo: Quis me ſepabit a ca
ritate xp̄i. Tribulatio an ãgu
ſtia: an ꝑſecutio: an fames.
Paratus ſuꝫ non ſolum alli
gari ſꝫ ⁊ mori in yeruſalem
ꝓ noĩe dñi ieſu. Diſce quoqꝫ
exemplo petri nõ ſic p̄ſumer

de dñi gratia cum ad nutum
concta ſuceſſerint ne accedē
te temptatiōis nube refrige
ſcat in te ignis amōis yh̄u:
Quādiu enim tibi ſpirat af
flatus pij yh̄u q̄diu adeſt de
uotio ſic ſuſcipe gratiam ſic
delectare in eam ut tñ non te
exiſtimes donū dei iure her̄
ditario poſſidere ne cum for
te ſubito retraxerit donum
tu animo concidas et triſtior
q̄ opportet fias Nec dixeris
in habundantia tua non mo
uebor in eternū ne cum ge
mitu cogaris poſtea dicere
Auertiſti fatiem tuam a me
et factus ſum conturbatus
Sed ut ait ſapiens in die ma
lorum non immemor ſis bo
norum: Uerum cum te tor
pore uel accidia: uel tedio
affici ſenſis noli propterea
diffidere ſed acclama ad de
um cū defecerit uirtus mea
ne me dereliquas: Quod ſi
tua infirmitate pium yh̄um
negaueris plange cum petro
et rememorās paſſiōe; dilec
tiſſimi magr̄i et reatum tuū
egredere foras amariſſime
deflens ſi quando te reſpiti
at qui petrum lacrimantem
reſpexit Quieſce dole lacri
mare et diſce cum petro fle
re amare Et ſi uis mereri
ueniam dilue lacrimis tuam
culpam Semine quoq; ama
rificationis. ſ. contritionis
pro te et cōpaſſionis ad chri
ſtum inebrieris abſinthio
ut expiatus cum petro: a re
atu ſceleris replearis cum
petro ſpiritu ſanctitatis S;
attende anima mea ubi pe
trus negauit yh̄um quia in
atrio principis et inter mul
titudines miniſtrorum cum
uero flere uoluit exiit foras
quia inter impios penitētiā
agere non ualebat diſce et
tu exemplo petri cum lacri
mis uacare uoluēis locum
ſecretum querere ꝛ a turba
ſecedere ¶ Nunc igitur de
uote intuere anima mea pe
trum cum exiit de atrio ꝛ ua
dit ad locum ſeu ad foueam
que modo galicantus uoca
tur ibiq; ex cordis amaritu
dine deflet: ubi ꝛ in memo-
ria fletus ſui hedificata eſt
eccleſia ſancti petri qui locꝰ
eſt inter montem ſyon ꝛ ciui
tatem yeruſalem: Et ex tunc
petrus traxit in conſuetudi
ne ut ſingulis noctibus ſur
gens a primo gallorum can
tu uſq; ad horam matutinā
in oratione perſiſteret pro

Hac negatione continue plo
rans ita ut facies eius ex fle
tu lacrimaruꝫ uideretur adu
ſta ſemperqꝫ in ſinu ſuo ſu-
darium deferebat quo flen
tes tergebat lacrimas. Quo
tiens ⁊ galluꝫ cantantem au
diebat aut cum chriſti nega
tio in memoriam ueniebat
lacrimas continere non ua
lebat. Flebat itaqꝫ non tam
pro peccato negationis ꝙ̃ ꝓ
dulcedine ſui ieſu. Flebat
non propter penaꝫ ſed quia
dilectum negauerat quod
omni moleſto moleſtius ei
fuerat: O quã ſepius ut arbi
tror flebat cum recogitabat
bona que ſibi dominus fece
rat uides quoqꝫ quia ſuo in
tuitu dominus petrum pro
uocauit ad lacrimaſ. Nec mi
rum quia oculi domini ue-
lut flamma ignis oculi uero
petri erant ut glaties: O bea
ti oculi tui bone ieſu qui ſic
calefaciunt cor frigidum: ⁊
in amorem tuum accendunt
illuminãtqꝫ ut uideat homo
errorem ſuum: O quam cito
gellicidium pectoris liquefa
ciunt: ⁊ in aquas amaritudi
nis atqꝫ deuotionis uertunt
O benigniſſime ieſu: O mi-
ſericordiſſime domine miſe
rere mei qui pluries te pro-
caciter negaui uolũtate uer
bo uel facto. Reſpiciat me
queſo te o dulcis ieſu ocul⁹
tuus qui te totiens ad uoceꝫ
ancille procacis ſcilicet car
nis mee: prauis operibus
confectibuſqꝫ negaui: Mi-
ſerere mei ſuauiſſime ie-
ſu: quoniam infirmus ſum
ſana me dñe quoniam infir
mata ſunt oſſa mea erige me
dñe labentem niſi etenĩ me
reſpexeris cum cecidi ſurge
re non ualeo ſine te nihil poſ
ſum nam et tu ſolus erigis
eliſos Reſpice igitur in me
et miſerere mei quia unicus
et pauper ſum ego nec auer
tas fatiem tuam a me ſed
oculi tui in me pauperem reſ
pitiãt Si enĩ hoc feceris pie
dñe ad me reuerſus plangã
quod erga te comiſi et per tu
am ampliſſimam miſicordi
am miſereberis infirmitati
mee et diriges me in ſemi-
tam rectam meqꝫ exequi fa
ties quod tue placitum fuerit
uoluntati.

Meditatio quomodo pontifi
ces ſummo mane ducentes
yhum in ſuũ cõſilium multi
plicia eidem ꝯuitia intulerũt

Et poſtea pñtantes eum pi-
lato multipliciter accuſarũt
quomodoqꝫ pillatus ieſuꝫ ad
herodem miſit a quo ſp̃tus
eſt ⁊ fatuus reputatus.

QUi paululum di-
greſſi ſumꝰ in pe
tri negatione nũc
reuertamur ad pi
um ieſum ad columnam li-
gatum. Sic igitur manſit:
Ibidem pius ieſus uſqꝫ ad
diei diluculum: illuceſcente
uero die prout ſancitum fue
rat canes famelici: ad domũ
cayphe rediere ⁊ in loco ubi
celebrabant concilium unaa
cum caypha qui concilio pre
erat: Conuenerunt qꝫ ⁊ inter
ſe longis hĩtis ſermonibus
omnes una uoce eum p̃imẽ
dum fore ſanxerunt: Morqꝫ
accerſitis nõnullis ex ſatelli
tibus illis in ſuum conſiliuꝫ
pius ieſus iubetur adduci.

¶ Nunc intuere o anima
mea quomodo furibunde ab
illis nequiſſimis trahitur nr̃
ieſus ⁊ eorum pñtatur con
ſpectui o ſuauiſſime ihũ quõ
ↄſpiceẽiſ qũo uilificaris ꝓh do
lor ſedet impiorꝫ pontificum
turba ⁊ dominus meus ſtat
ſuis pedibus ante eos. Se-
dẽt ſpurcidiſſimi peccatores
⁊ uiliſſime creature ⁊ domi
nus rex celi ⁊ terre ⁊ creatõ
omnium ſtat rectus in pedi
bus: Reſidẽt in ſedibus ſer
ui ⁊ mercenarij ⁊ dominus
eorum ac totius mundi pro
prijs pedibus ſuſtẽtatur: O
quãta eſt humilitas tua beni
gne ieſu interrogatur igitur
ab eis benedictus ieſus. Dic
nobis ſi filius dei es. Quibꝰ
pius ieſus eorum ſubdolas
cogitationes noſcens humili
uoce reſpondit. Si uobis di
xero non credetis michi: ſi
autem interrogauero nõ reſ
pondebitis michi neqꝫ dimit
tetis. Tunc illi dixerunt: Tu
ergo es filius dei. Quibus
reſpondit ieſus uos dicitis
quia ego ſum non auteꝫ ego
Priceps uero ſacerdotum:
quia clare eis non reſponde
bat uehementi impetu ſur-
gens de ſolio ſic loquitur di
cẽs: Adiuro te per deũ uiuũ
ut dicas nobis: ſi tu es xp̃us
filius dei benedicti: Pius ue
ro ieſus diutius nolens ſcile
re reſpondit ego ſum: ⁊ filiũ
hominis uidebitis ſedentem
a dextris uirtutis dei ⁊ ueni
entem in nubibus celi. Tũc
princeps ſcidit ueſtimenta

ſua dicens: blaſſemauit.
Quid uobis uidetur. Illi ue
ro Impetuz unanimiter faci
ẽtes in eum manib⁹ et pedi
bus ac pugnis percutientes
eundem crines trahentes et
alapas cumulantes una uo
ce clamauerunt: Reus eſt
mortis Tollatur omnis mo
ra et uinctus ducatur ad pil
latum qui eum cruce ſuſpen
dat: Fit clamor ualidus et
tota domus cayphe clangori
bus et rugitibꝫ repletur du
citur agnus mitiſſimus ex
tra cõſilium currunt certa
tim miniſtri et ſerui qui fo
ris aderant et omnes in illũ
inſiliunt uerba ṽbis adden
tes: O benigniſſime yħu ha
beo unde tibi merito cõpati
ar ingratitudinem meam ar
guere potes et dicere Quoni
am propter te ſuſtinui obpro
brium operuit confuſio faci
em meam Et ſuſtinui qui ſi
mul contriſtaretur et non fu
it et qui conſolaretur et non
inueni attrahitur ergo dñs
meus ad pretorium pillati
precedunt pontifices et cru
delles miniſtri ligatum funi
bus uiolenter trahunt Iam
uolat fama per urbem captũ
eſſe prophetam, qui dicitur
xp̃us Currunt omnes rudes
indocti et ſimplices nobiles
et ignobiles mares ⁊ femine
ad tam grande ſpectaculum
Conuocãt ſacerdotes mino
res plebeos et uulgus inep
tum et in eorum ſuſurãt au
ribus ſuadentqꝫ ut interitũ
petant dulciſſimi yħu plebs
autem indocta que prius ip
ſuꝫ ut prophetam ueneraba
tur facile ſeducitur et maio
ribus ãnuunt. ¶ Nunc cõ
ſidera, dum ſic attraheretur
benign⁹ yħs ecce mater eius
dulciſſima dña glorioſa cui
per ap̄l'os qui fugerant cum
yħs caperetur ea que geſta
fuerant innotuerant Adue
nit ergo mater ſãctiſſima cũ
maria magdalena et alijs
mulieribus. Cũqꝫ ſic uiliter
aſpiceret attrahi natum ſu-
um non noſcens eum cuꝫ fo
ret vultu palidus facie detur
patus ⁊ laniatos geſtaret cri
nes ⁊ ex crebris tonſionibuſ
tumentes ⁊ inflatos oculos
habens cepit ambigere an il
le filius ſuus eſſet: Non eniꝫ
erat ei ſpecies neqꝫ decor: at
ubi filiuꝫ ſuum eum fore co
gnouit pre dolore pene exani
mis eſt effecta: Compatere o
aĩa mea pie genitrici ⁊ ſecuꝫ

ac cum Maria Magdalena
⁊ reliquis mulieribus plan
ge ſuſpira ⁊ tota deficias in
teip'a: O domina mea glorio
ſa: quis tuum poſſet reſera
re dolorem. Jaʒ illud Sime
onis uaticinium impleri in
cepit ꝙ tuam ipſius animã
pertranſibit gladius. Sʒ ad
noſtrum ieſum redeamus:
quem canes illi truculentiſ
ſimi ad pillati pretorium du
xerunt. Et quia pillatus gen
tilis erat ⁊ dies erat paſcha
lis ipſorum in pretorium in
troire noluerunt ut non cõ
taminarentur ſe immiſcen
do gentili: Sed puri ⁊ mun
di exiſterent ad manducan
dum paſcha. O ceca fatui
tas ⁊ fatua cecitas inquina
ri timent intrando in domũ
gentilis ⁊ maculari non ti-
ment occidendo iuſtum ⁊ in
nocentem. Et qui mores ei⁹
nouerat exiuit ad eos foras
Cumq; agnum innocentiſſi
mum ligatum cõſpexiſſet cõ
ſuetudinis iudeorum non in
ſcius quia quicũq; reus mor
tis a iudeis iudicatus exiſte
ret vinctus preſidi tradeba
tur ut in eum mortis profer
ret ſententiã mox ad hoc ad
ductuʒ eſſe cognouit ut mor
te dampnaretur. Non igitur
queſiuit: quid a me petitis.
ſed ait. Quam accuſationeʒ
affertis aduerſus hominem
hunc quem ligatum adduci
tis. Cui ſupbe reſpondentes
pontifices nõ directe accuſa
tionem expoſuere ſed per ob
liquum diuertentes ⁊ ſe iu-
ſtificare volentes dixerunt.
Si non eſſet hic malefactor
non tibi tradidiſſemus eum
O iudei nepharij O accuſa
tores falſidici O calumpnia
tores mendaces O inuerecũ
di criminatores q̃ inique q̃
impudenter dominum meuʒ
accuſatis. heu ſcelus nephã
dum. hunc malefactorem
aſſeritis qui peccatum non
fecit: nec inuentus eſt dolus
in ore eius qui ſolus bonus
eſt a quo bona cuncta proce
dunt. Dicite queſo O doloſi
⁊ inuidi detractores. Quid
mali fecit. Quod maleficiuʒ
comiſit. Interrogate libera
tos ab immundis ſpiritibus
cecos uidentes mortuos ſu
ſcitatos leproſos mundatos
hij uobis reſpondeant:
hij an vera aſſeratis te-
ſtentur. ¶ Et quidem ſi

talia maleſitia dici meren
tur digne cum malefactorē
eſſe phibetis preſes uero qa
per īuidiam eum cepiſſe ſcie
bat reſpondit eis . Si uobis
malefactor uidetur accipite
eum uos et ſecundum legem
urām iudicate eum Illi uero
ad eum nobis non licet īter
ficere queē ſed ad nos exa
minatio ſpectat et ad te ſen
tentia Tunc pil!atus In quo
igitur culpabilem eum dici
tis. At illi accuſationē tripli
cē intulerūt expſſe dicentes
hunc inuenimus ſubuerten
tem gentem nr̄am et ꝓhibē
tem tributum dari ceſari et
dicentem ſe xp̄um regem eſſe
O Impudentes accuſatores
qui tam falſa aſſerere non
uereminiet omni prorſus ue
ritate carentia non pudet
aſtruere penſate et reducite
ad mentem qualibus machi
nationibꝰ gentem ueſtram
ſubuertit Monita ſaluberri
ma genti ur̄e prebebat ſtu
dēs au̇tere a uia praua et re
ducere in uiam rectam : O
gens ceca et inuida quia be
nigniſſimum dn̄m de bono
opere lapidatis dicitis et ſe
cundum quia tributum ueta
uit dari ceſari: O lingue pro
caces : O labia doloſa quia
recte mentimini in capita
ur̄a Eſtote memores cum tē
ptātes ſubdole queſiſtis ab
eo an licēt tributum dari ce
ſari quid uobis reſpondit ob
latoribꝫ numiſmatis .i . mo
nete nonne ait Reddidte q̄
ſunt ceſaris ceſari et que ſūt
dei deo : Ip̄e quoqꝫ ne uobis
ſcandalum eſſet pro ſe et pe
tro tributum ſoluit Deniqꝫ
ꝙ ſe regem dixerit eidem ob
icitis Sed : o inſenſati et de
mentes equidem ip̄e rex eſt
qui non eripit mortalia ſed
regna dat celeſtia Sed quid
de regno tēreno loquimini:
ubi nam queſo Inditia terre
ni regni appuere : ubi coro
na regia: ubi ſceptruꝫ: ubi di
adema: ubi Amictus purpu
reus: ubi militum cunctio:
ubi ſeruorum copioſus nu
merus : Ubi ampla et lata
palatia : Ubi equorum exer
citus: Iſta ſane terrenis re
gibus conueniunt Iſtis ut
untur Iſtis delectantur ſed
intuemini dominum yh̄um
meum nulla talia in eo repe
rietis inſigna Cernitis nem
pe hominem mittem et humi

lem corde ſobrium pium: ac
benignum: ac omni uirtute
conſpicuum qui diſcorperto
graditur capite groſſa ac uil
li ueſtitus tunica pedibus de
nudatis. Duodecim pauper
culis ⁊ ſecundum carnem
ignobilibus comitatus diſci
pulis. Nulla ei fuerat habita
tio: Uulpes enim foueas ha
bent ⁊ uolucres celi nidos fi
lius autem hominis non ha
bet ubi caput ſuum reclinet
Super proprijs incedebat pe
dibus aut interdum parua
nauicula ducebatur. Ipſe
quoqꝫ ⁊ eiusꝫ diſcipuli remi-
ges erant. Si de equitatu
queritis: ſemel cum ueniret
in yeruſalem ſuper uilem
aſellum ſedebat introduc-
tus a turbis cum gloria et
laudibus. Hec eius fuere in
ſignia: hij regni faſtus ex ꝗ
bus nunquid rex foret pote
ratis deprependere. Sed o
perfidi ⁊ inuidi calumpnia
tores nunquid a mente exci
dit ꝙ cum ingentem turbaꝫ
cum pauculis panibus et pi
ſcibus ſaturaſſet uoluerunt
ipſum regem facere. Sed au
fugit ab eis. ⁊ aſcendit in
monteꝫ: Eya deſiſtite precor
dominum meum ſic menda
citer accuſare. ¶ Pillatus
ergo audita accuſatione ie-
ſum in pretorium introdu
xit. Et quia de primis duobꝰ
non curauit cum audierit de
fama eius ⁊ predicationibꝰ
ſcieritqꝫ ꝙ pontifices ex inui
dia tradidiſſent cum queſi-
uit tantum de tertio: quod
honorem tangebat imperij
dicens ei. Es tu rex iudeorū.
Audi nunc anima mea man
ſuetiſſimum ieſum uerecon
do ore: ⁊ placido ſermone ſu
perbo barbaro rn̄dentē qd
inquit humilis ieſus A teme
tipſo hoc dicis: an alij tibi di
xerunt de me. Pillatus au
tem reſpondit. Nunquid ego
iudeus ſum. Gens tua ⁊ pō
tifices tui tradiderunt te mi
hi ⁊ ab eis hoc didici. Quid
igitur feciſti. Tunc ieſus ait
Regnum meum non eſt de
hoc mundo. Si de hoc mun
do eſſet regnum meum mini
ſtri mei utiqꝫ decertarent:
ut non traderer iudeis. Nūc
autem regnum meum non
eſt hinc: ideſt non eſt de ter
ra: ſed d̄ celo procedit. Di-
xit itaque pillatus ergo rex
es tu. Reſpondit ieſus tu di

cis: quia rex ego ſum. Ego in hoc natus ſum ꝛ ad hoc ueni in mundum ut teſtimonium perhibeam ueritati. Omnis qui eſt ex ueritate audit uocem meam: Tunc dicit ei pillatus. Quid eſt ueritas. Et cu; hoc dixiſſet: quia foris ſtabat turba luporum clamans non expectato reſponſo benedicti ieſu exiuit iterum ad iudeos. Iamq; cōpatiens manſueto ieſu nihil in eius reſponſione dignum reprehenſione diiudicans. Iam enim eloquium domini dulce inflamauerat eu;. Ait ad principes ſacerdotum et ad turbas. Ego nihil inuenio cauſe in hoc homine. Tunc rabidi canes frementes ꝛ uocibus inualeſcentes uociferabant dicentes. Commouit populum docens per uniuerſam iudeam incipiens a galilea uſque huc. Pillatus autem audiens galileam interrogauit ſi homo galileus eſſet. Et ut cognouit ꝙ de herodis eſſet poteſtate ut ſe exoneraret cogitauit ipſum remittere ad herodem qui et illis diebus yeroſolimis erat

Accerſitis itaq; ſatellitibus ſuis ligatum illum ad herodem miſit quem ſecuti ſunt impiiſſimi ſacerdotes. Herodes autem uiſo ieſu gauiſus eſt ualde: Ex multo enim tēpore fuerat cupiens uidere eum eo ꝙ audierat multa de eo ꝛ ſperabat ſignum aliquod uidere fieri ab eo. Cu; igitur ipſum multis ſermonibus interrogaſſet herodes ipſe ieſus nihil reſpondit illi. Principes uero ꝛ ſacerdotes conſtanter accuſabant eum: Uidens autem herodes ꝙ nichil ei reſpondebat eum, ut delirum et fatuum extimauit. Et in maius obprobrium eum alba ueſte ueſtiri iuſſit: Erat autem ut dicitur ueſtis hec ad modum ſchapularis religioſorum ſine caputio ante ꝛ retro dependens a collo. Forſitan namq; petiam pāni albi accipientes foramen fecerunt in medio collo eius: imponentes ut ſtultis fieri conſueuit: et ad pillatum eundem remiſit.

Uides o anima mea ꝙ̄ta ſe offerūt quibꝰ ꝯpatiaris

afflicto ieſu. Quis ille unq̄
fuit tam ſceleſtus homo qui
tot ſuſtineret obpropria. qui
tot ferret ſubſannatiōes ⁊ irri
ſiones. O abhominabile ne
phas Dominus meus qui fe
cit mare ⁊ aridam qui celos
in intellectu fecit cui aſſiſtūt
angeli nunc inſtabilis circū
rotatur ⁊ per manus uerſaf
iniquorum. Nunc mittitur
ad iſtum nūc ad illum: Con
ſueuit uniuſcuiuſq; iniquiſſi
mi ⁊ ſceleſtiſ hominis cauſa
coram uno tribunali coram
dūtaxat iudice uentilari: et
ſub uno tantum iudice ad q̄
ſtionem poni: Sed agnus in
nocentiſſimus qui peccatu;
committere non poteſt cora;
quatuor eſt oblatus atq; ſub
uno quoq; eorum conuitia ⁊
tormēta perpeſſus: ante An
nam poſitus alapa percuſſuſ
eſt. Sub cayphe examine cō
ſtitutus allapas: ſputa: uer
bera ⁊ omne conuitij genus
percepit preſentatꝰ herodi ī
ſanus ⁊ fatuus reputatus ē
⁊ in deriſum ipſius ſtultoru;
ueſte indutus: Poſt hec a pil
lato uerbera ⁊ afflictiōes ac
conuitia ⁊ demu; ignominio
ſe mortis accepit ſententia;:
O benigne ieſu quare tanta
ſuſtines. Certe ex caritate
quam ad me habuiſti ſic te
humiliaſti ſic irrideri ⁊ deſ
pici uoluiſti. Tu ergo o humi
lime ieſu tribue mihi ſeruu
lo tuo indigno: ut omnem de
riſionem deſpectionem qua;
ꝑ tui nominis amore patior
humiliter ferra; alacriterq;
pro tui amore ſuſcipiam. Ef
fice queſo me uerum humi
lem ut deſpectiones letus
ſuſcipiam. Laudes uero ⁊ ex
altationes abhorream: Scio
namq; bone domine: quia ſu
perbis reſiſtis humilibus ue
ro das gratiam. Et ſcio do
mine quia qui cupit ad alta
cōſcendere prius opportet ut
humilis fiat. Qui igitur ſo
lus potes id facere ueram ī
me humilitatem immitte: ut
cantare tibi ualeam cū pſal
miſta. Bonum mihi quia hu
miliaſti me. Et ut facilꝰ hu
miliari ualeam īſere in me
tue dilectionis ardentē ignē
Si enim mandata tua dilexe
ro: nitar tui fieri imitator:
qui me doces ut a te diſcam
ut mitis ſim: et humilis
corde.

¶ Meditatio de reductione do
mini ieſu ab herod̄ ad pilatū

ꝛ quomodo iuſſu pillati acer
be ad columpnam flagella-
tus extitit: ꝛ ſpinis coronat⁹
purpura īdutus ꝛ alias mul
tipliciter deriſus.

Indutus alba ue
ſte: ꝛ ut inſcipiēs
ſpretus ab hero-
de pius ieſus re
mittitur ad pillatum: Et ex
hoc facti ſunt amici in ipſa
die herodes ꝛ pillatus qui an
tea inimici fuerant: At poſt
quā benignus ieſus reduct⁹
extitit ad pillatum conuoca
tis principibus ſacerdotum
ꝛ magiſtratibus ꝛ plebe di
xit ad illos: Obtuliſtis mihi
hominem hunc quaſi auer-
tentem populum ꝛ ecce corā
uobis ego interrogans nul-
lam cauſam inuenio in homi
ne iſto ex hijs in quibus eum
accuſatis. Sed neqꝫ herodes
nam remiſit illum ad nos.
Et ecce nichil dignum mor-
te actum eſt ei. Summi uero
ſacerdotes ipſum accuſabāt
in multis. Ipſe uero ieſus ni
hil eis reſpondebat. Cui pil-
latus. Non uides in quātis
te accuſant. Non reſpondes
quicq̄. Ieſus autem amplius
nichil reſpondit: ita ut mira
retur preſes uehementer:
Per diem autem ſolempne;
conſueuerat dimittere popu
lo vnum uinctum quem vo
luiſſet. habebat autem tunc
uinctum quēdam inſignem
qui dicebatur barabas: qui
propter ſeditionem quādam
factam in ciuitatem ꝛ homi
cidium miſſus fuerat in car
cerem. Cum igitur aſcendiſ
ſet turba: dixit ad illos pilla
tus. Eſt cōſuetudo uobis ut
vnum dimittam uobis ī paſ
cha. Quem vultis de duob⁹
uobis dimitti. Baraban: an
ieſum qui dicitur chriſtus.
Optabat equidem pillatus:
dominum ieſum liberare un
de nō queſiuit in genere quē
vultis ex vinctis uobis dimit
ti. Sed quia barabas ſcele-
ratiſſimus erat homo cuius
mortem omnes affectabant
putauit eos potius aſſentire
ut ieſus liberaretur q̃ ut ta;
ſceleſtus mortem euaderet
Ideoqꝫ ad barabā ſe reſtrin
xit. Sed inſatiabilis rabies
ipoꝝ: potius omnes nephan
diſſimos homines q̃ ipſu; ie
ſum liberari petiſſent. Reſ-
ponderūt igitur. Non hunc
ſed baraban: Tolle igitur
hūc ꝛ dimitte nobis barabā

Ait iterum pillatus ad eos
Quid igitur fatiam de yh̄u
qui dicitur xp̄us: At illi cla
mabant dicentes Crucifige
eu; Ait tertio ad eos pillatꝰ
O gens maledicta quid mali
fecit iſte: Nullam cauſā mor
tis inuenio in eo Corripiam
ergo illum et dimittam In
terea dum ſederet pillatus
pro tribunali miſit ad eum
uxor eius dicens Nihil tibi et
iuſto illi multa enim paſſa ſū
per uiſum propter eum pro
pter quod pillatus magis ti
muit et cogitabat dimittere
eum ut igitur rabidam et in̄
extinguibilem iudeorum ſe
daret ſitim ratus eſt mitiſſi
mum yh̄um diris torquere
flagellis ut ſic poſtulatam
mortem uerberibus commu
taret Conuocans igitur cāni
fices ſuos xp̄um acriter fla
gellari iuſſit. ¶ Nunc ſiſta
mus hic pauliſper o anima
mea hic diutius īmoremur.
Occurret enim quo non mo
dicū pio yh̄u compatiamur
Contemplemur in q̄ et ītuea
mur q̄ dire quam turpiter
ſpinis flagellis ac ūberibus
eſt afflictus O dulciſſime do
mine: o ſuauiſſime yh̄u mo
llifica cor meum durꝝ ut ī me
moria tue flagellatōnis acer
be totum diſſoluatur Da mi
chi queſo benigne dn̄e eam
ſic affectuoſe penſare ut ip
ſam rememorando tuorum
particeps ſim dolorum Ego
enim Amātiſſime dn̄e quod
cupio a meip̄o perficere ne
queo Sepe michi prepono
de tua paſſione cogitare et
que geſta ſunt erga te mecū
tacitus mente reuoluo Sed
omni repletus ariditate ne
quaq̄ ſentio quod cogito tan
ta eſt duritia cordis mei heu
michi quia tamq̄ fabulam
pertracto quod interno cor
dis dolore et lacrimarum ꝑ
fluuio penſandum foret Sed
fateor dulciſſime dn̄e quia
merito hec patior modica et
enim michi ineſt cura parua
que ſedulitas in tuis uulneri
bus immorari unde ſi forte
mentem ad id meditandum
coaptāe incipiam mens ab
ea meditatione facille diuel
litur per plurima uana et oci
oſa diſcurrens ad certum lo
cum corpus repono ut mens
ad te dirigatur omnes cogi
tationes meas ſtudeo in unū
colligere ut mens intra ip
ſam conſiſtens uacare uale
at tibi ſoli Et ecce repente

hincinde irruit multiplicium cogitationum diuerſorumque fantaſmatum turba: mentē diſtrahentium et per ea neſcio que uana et ocioſa diſcurrerē cōpellentium: Sic mobile et inſtabile eſt cor meum domine: ut ad queecūque ei ocioſa oblata facile dilabitur. Sed hec unde mihi dulciſſime domine. Sola profecto dilectionis exiguitas in cauſa eſt. Ea enim que grata ſunt ſolicitus ſum mente uerſare: nec ab hijs facile diuellitur animus: unde quia parte dilligo bone ieſu: ideo cor meum in te fixum ſtare non ualet: At ſcio domine quia impotēs et ībecillis ſum ad iſta que cupio niſi tu ipſe preſtiteris. Te igitur oro ut ad meam deſidiam nō attendas ſed ſecūdum multitudinem miſerationum tuarum confirma cor meum: et inſtabilem ac uagam mentem meam in ſe ipſam iube conſiſtere. Pelle a me omnes alias curas: et trahe me ad te: ut deuota cō paſſione cogitem quot et quā ta fuerint tormenta atque deriſiones: que iuſſu pillati in tuo precioſiſſimo corpore pertuliſti. ¶ Igitur carnifices pillati ipſius iuſſu furenti impetu rapiunt pium ieſum uelut lupi famelici trepidem ouem. Et adhuc ligatum post ſe trahentem: ſeceſſerunt ad partem eiuſdem domus. Tunc ligatas eius manus et brachia diſſoluentes ſuis: eum exuunt ueſtimentis: Heu ſcelus horrendum: nam qui eſt ſpecioſus forma pre filijs hominum nudus ante conſpectum ſpurcidorum: ac fetentium ſatellitum exhibetur: Adderat ibidem columpna quedam marmorea cui ſic denudatum ueneran diſſimum corpus manibus post terga iterum religatis tenaciſſima fune connectunt. Paret obedientiſſimus agnus et prout eis placet ſe ligari permitit: Moxque quidam ex eis qui robuſtiores et ad nocendum promptiores apparebant aſpera quedam aſſumunt in manibus flagella ex iuncis maris fortiſſimis et uiridibus fabricata: Incipiunt immanes tortores: erga uenerandum corpus furibūde ſeuirē manusque nepharias ī uerba ac flagela laſſarē uibrāt hīcīn

ualidis lacertis aſprima lo-
ra nunc amena et formoſa
brachia nunc pectus illud
eburneum nunc collū ſpe-
cioſiſſimuꝫ modo cōſpicuas
eius ſchapulas cōtundentes
Dant interdum aculeos et ic
tus creberrimos per terga il
la ſanctiſſima non nunq̄ ue
ro per crura prefulgida quid
uagor per cūcta : Tortores
illi Impijſſimi partem illius
precioſiſſimi corporis uacu
am nō reliquerunt que acer
biſſimis flagellis ſauciata
non fuerit nec particula ali
qua a cruētis vulnerib⁹ īmu
nis extitit īſuata o ſuauiſſīe
dn̄e quis ille tam audax exti
tit qui te ſpoliauit Quis tam
temerarius qui te ad colum
pnam ligauit : Quis tam ſa
crilegus qui te flagellauit :
Dulciſſime dn̄e michi uide
bantur flagella eterne afflic
tionis tu ꝓ me flagellari uo
luiſti ut me miſicordiē ab il
lis erueres heu dulcis dn̄e
quomodo decor ille ſpecioſiſ
ſimus de ſacratiſſimo corpo
re tuo abijt Exitus aquarum
deducant oculi mei quia qui
ſpecioſus erat pre filijs homi
num nunc totus efficitur de
formatus Non uides o ani
ma mea quomodo caro illa
ſāctiſſima que prius mirabi
li candōꝛe nitebat modo fit ex
crebris tonſionibus fuſca et
liuida : Incipit tota hīcinde
tumeſcere et ex percuſſionū
frequentia denſi tumores in
cipiunt pullulare dehinc ex
inflata carne ſanguis erum
pit uberimus et uelut aqua
ex fonte undiqꝫ ſanguis exu
berat Iam tota cruoꝛe ma
deſcit terra et fluuius inci
pit ſcaturirē ſanguine⁹ totuꝫ
perfundens corpus heu qd
dicam: Caro illa delicioſiſſi
ma que prius candidiſſima
fuerat nunc rubiconda pror
ſus effecta eſt plange et eiu
la et effer crebros gemitus
et ſuſpiria multa : O anima
mea iam et enim non dicere
potes ut alias dilectus me⁹
candidus et rubicondus ſed
dic potius dilect⁹ me⁹ liuid⁹
tumefact⁹ ulceroſus et rubi
condus Quis igitur tam in
mitis quod pectus tam ſaxe
um quod non moueatur ad
lacrimas cum dulciſſimum
yhuꝫ ſic aſpicit deformatum
Ecce apparet Impletuꝫ ī co
illud yſaye uidimus eum et

non erat aſpectus ꝛ reputa uimus eum quaſi leproſum ꝛ humiliatum a deo. Quid uero putas tūc agebat agnꝰ ille mictiſſimus dum tam du re ꝛ acerbe affligeretur in corpore. Equidem ut arbi troꝛ ꝛ ſi torqueretur corpus mens tamen ſeruabatur ille ſa. Sꝫ quia humana fuerat carne ueſtitus tamꝙ̄ homo inflicta vulnera ſentiebat: Quātoqꝫ delicatioꝛ caro illa fuerat atqꝫ tenerioꝛ tāto acerbius imprimebatur doloꝛ. Suſpirabat interdum ut eſti mo dulciſſimus ieſus nunc tacitos emittebat gemitꝰ mo do ſubmiſſa uoce lamētaba tur: Non nūꝙ̄ caput ex dolo re mouebat querens ubi ex debilitate illud paululum re clinaret: Sed heu quia non erat locus niſi columpna cui fuerat alligatus: ubi caput poſſet adherere grauatum. Interdum etiam lacrime ex limpidiſſimis oculis cogente vulnerum doloꝛe ſtillabant. Aliquando uerbula aliqua doloꝛem atteſtātia plana ac tremula uoce ferebat. Sed crutiatores imaniſſimi nul la permoti compaſſione acri us in eum uerberibus ſter nebant: ꝛ uerba cōtumelio ſa miſcentes cum cruciatibꝰ pium et manſuetiſſimum ie ſum lingua ꝛ manibus la cerabant: Deniqꝫ iam laſſati quia amplius non poterant pepcere uerberibus ꝛ agnū immaculatum a columpna ſoluerunt. Tunc raptus im petuoſe a ſpurcidiſſimis illis apparitoꝛibus nudus per do mum ducitur ut ueſtes ſuas colligat ſparſim ab expolia toꝛibus per domum proiec tas. ¶ Intuere o anima mea dilectum ieſum ſic nudum ꝛ flagellatum ꝛ propter frigus tremētem quia frigus erat Mirare cum grandi cōpaſſi one crebris ſuſpirijs ꝛ lacri marum imbꝛe: iuuenē elle gantem nobiliſſimum inocē tiſſimum: totum autem fla gellatum ſanguineqꝫ ꝛ liuo ribus reſperſū pānos ſuos undiqꝫ ſparſim proiectos de terra recolligere ꝛ cum qua dam uerecūdia ꝛ ruboꝛe nu dum coram illis ſemper ip ſum deridentibus ſe ueſtire Dumqꝫ ſic ſe reueſtire querit humilimus ieſus accedunt quidam ex illis impijſſimis: ad pillatum dicentes. Domi ne quia ſe regē foꝛe dicebat

ipſum coronemus et more re gio ueſtiamus Et tunc con ſentiente pillato congregaue runt ad eum uniuerſam co hortem in pretorium ubi pre ſes ſedebat et ſenatus ut om nes tali intereſſent ſpectacu lo et ut magis illuderetur in loco patenti et coram multi tudine Et eum uix reueſtitū cruentes ueſtimentis ſuis in duxerunt ueſte ſeu tunica pur purea non noua ſed ueteri et abiecta circondederuntqꝫ deſuper clamidem coccineā .ſ. palium uel mantelum nō conſutuꝫ ſed fibula īfrenatū coccinei coloris qui eſt inter rubeum et purpureum in ob proprium regij nominis qꝫ ipē prout aſſerebant iudei ſi bi indebite uſurpabat unde quia rex dicebatur induunt eum ueſte qua ueteres utebā tur reges et ad cōfuſſionis augmentum non nouam ſed ueterem clamidem accepe runt. O Anima mea quid hīc lacrimas poteris continere. En cernis quia hij nepharij animam dilecti ybu illuſiōibꝫ replere nō ceſſant uides quo qꝫ quaꝫ dignus ſit cōpaſſione quia ſtatim ſoluto dn̄o a colū pna toto cruentato et toto li uido ueſtis imponitur nudo corpori ſic cruentato: O mi ra compaſſio non eniꝫ affuit ſic afflicto: ſic pſoſſo ſic laſſa to qui aliquod leuamen im penderet: heu bone ieſu non affuit tibi medicus: qui ſic ſautio corpori medicamenta preberet qui vnguentuꝫ aut oleum vulneribus ſuperpo neret qui membra ſanctiſſi ma ſanguine delinita laua ret qui aque poculum aride preſtaret ori. Conſiderabat paciētiſſimus agnus ad dex teram ꝛ uidebat ꝛ non erat qui cognoſceret eum. Et cō ſpexit qui ſimul contriſtaret ꝛ non fuit: ꝛ qui eum conſo laretur ꝛ n̄on inuenit: Sed mox ut ſolutus eſt a colump na liuidus ꝛ deformis ꝛ cui non erat ſpecies necꝫ decor: Induitur ueſte purpurea q̄ ſtatim coagulato ſanguini a plicat: Nec mora in ſolio qđ ibi aderat deridendus impo nitur: Afferuntur illico ex ſpinis accentiſſimis ꝛ longis ramuſculi quidam denſas habētes ſpinas uelut clauos cuꝫ mortali cuſpide artificio ſe cōfectos. Statimqꝫ ex hijs ramis ſertum quoddam in forma corone cōficit qđ ſic

ſpinis cōdenſum uenerando
imponitur capiti utq; tenaci
us capiti infigat̄: fuſtibus co
aptatur ꝛ baculis: dehinc in
manibus ipſius arundo que
da; datur pro regali ſceptro.
¶ O lacrime mee uenite et
fluite inceſſanter quia a ſe-
culo non eſt audita tanta de
riſio: Nōne plangendum non
ne ſuſpirandum eſt: nōne li
queſieri debes in horum re
cordatione. O anima mea ō
duc quaſi torrentē lacrimas
quia tanta pro te patitur mit
tis ieſus uide ouem manſue
tiſſimam ſtantem in medio
ꝛ ante ipſum famelicos lu-
pos facere funeſta preludia:
Accedunt ad eum ſinguli fle
ctentes genua ꝛ adorantes
manuq; penſantes arūdineꝫ
pulſant coronam capiti inſi-
denteꝫ ut firmius infigatur
Figuntur ſpine cuti precio-
ſiſſime uſq; ad carnem ꝛ ce
rebrum: penetrantes: Per
foditur ꝛ iaculatur totum
uenerandum caput, totumq;
incipit cruore cōſpergi: Aſp
guntur quoque flaui capilli
fluenti ſanguine ꝛ facies il
la ſereniſſima ſanguine ru-
bricatur: Ita ut non ampli
us facies domini ieſu ſꝫ exco
riati hominis uideret̄: Nec
ſatis hec fuerant eis: Sed in
ſuper cōtumelioſa uerba in
geminantes alapas in facieꝫ
dabant ꝛ quecūq; cōuitiorū
genera inferebant: Quem
tandem cum bene deriſioni
bus ꝛ uerberibus repleue-
runt ſic ſaucium ſic afflictuꝫ
ꝛ uelut ſemunecem pillato p̄
ſentarunt: Uides o anima
mea quot ꝛ q̄ta pro te pertu
lit pius ieſus tuus: O ieſu be
nigniſſime qui ex immenſa
tua caritate tam uiliter trac
tari uoluiſti fac queſo me tā
ti beneficij cognitorem ꝛ ui
ciſſitudinariam ad te carita
tem quam ſolam a me expo
ſcis: ſic imprime uiſceribus
meis ut nichil mihi ſapiat ni
chil delectet nihil applaudat
niſi tu rex meus ꝛ deus meꝰ
ſaluator meus: ꝛ liberator
meus: Jnmitte precor igneꝫ
amoris tui in oſſibus meis
ut quocunq; me uertam ſem
per meum ieſum reperiam
crucifixum.

¶ Meditatio de oſtenſione
domini ieſu facta per pil-
latum: et ſententia mortis

lata per ipſum: Ac etiã quo
modo iudas triginta argen-
teos proiecit in templum.

REgi ſeculorum i-
mortali ⁊ inuiſibi
li ſoli deo dolor et
compaſſio in ſecu
la ſeculorum: Attende o ani
ma mea quia ecce rex tuus
uenit manſuetus totus ſan
guinolentus contuſus ⁊ liui
dus purpura indutus ⁊ coro
na ſpinea coronatus. ¶ Pil
latus autem putãs rabiem
iudeorum ſedaſſe exijt foras
ad iudeos adducens ſecum
ieſum ⁊ dicit eis. Ecce addu
co euꝫ uobis foras ut cogno
ſcatis quia in eo nullam in
uenio cauſam: ſed ſi quam
uos cãm pretenditis ecce pu
nitus eſt aſpicite hominem
qualis apparet: O proterua
iudeoruꝫ nequitia ⁊ inuidia
ꝓteruiſſima quale cor tam
iniquum tam aſperum erga
inimicum ſuum ꝙ conſpecta
de ſuo inimico tau facta uin
dicta ad compaſſionem non
moueretur. Sed perfidi pon
tifices ⁊ miniſtri licet ſic de
formem ſic afflictũ cernerẽt
pium ieſum non propterea
ſatiantur ſed clamant cruci
fige: crucifige eum. Tũc ira
tus pillatus credens ꝙ eorũ
ſedaſſet ſitiꝫ ait. Accipite eũ
uos ⁊ crucifigite: Ego enim
ñ iuenio cauſaꝫ ĩ eo: Sẽs ma
ledicta eſtis ⁊ vultis occider
ĩnocẽtẽ. Rñderũt iudei: Nos
legem habemus et ſecundũ
legem debet mori quia fili
um dei ſe fecit pillatus autẽ
cum audiſſet hunc ſermonẽ
magis timuit timens ne ma
nus immitteret in filium dei
Et iterum yhũ introducens
in pretorium dicit ad eum
Unde es tu. Jeſus uero reſ
ponſum non dedit ei Et pilla
tus ad eũ Michi non loque
ris. neſcis quia poteſtatem
habeo crucifigẽ te ⁊ poteſta
tem habeo dimittere te. reſ
pondit yhs non haberes in
me poteſtatem niſi tibi data
eſſet deſuper propterea qui
me tradidit tibi maius pecca
tum habet et exinde pillatus
magis querebat dimittere
eum Judei autem clamabãt
dicentes ſi hunc dimitis non
es amicus ceſaris Omnis
enim qui ſe regem facit ꝯtra
dicit ceſari pillatus autem
magis timens inimicitiam
ceſaris q̃ dei adduxit yhum
foras et ſedit pro tribunali in

loco qui dicitur licoſtratos
ebraice autem gabatha et di
cit iudeis Ecce rex ueſter Cō
ſiderate ſi tales ſunt ceteri
reges putatis ne quod talis
rex uobis ſubripiet regnū.
Jlli autem clamabant tolle
tolle crucifige eum dicit eis
pillatus Regem ueſtrū cru
cifigam. Reſponderunt pon
tifices non habemus regem
niſi ceſarem Et inſtabant uo
cibus magnis ut crucifigere
tur et inualeſcebant uoces
eorum uidens autem pillat⁹
quod nichil ꝓficeret ſed ma
gis tumultus fieret accepta
aqua lauit manus ſuas corā
populo dicens Jnnocēs ego
ſū a ſanguine iuſti huius uos
uideritis Et reſpondit uni
uerſus populus dicens ſan
guis eius ſuper nos et ſuper
filios noſtros Erat autem
tunc hora diei inter tertiam
et ſextam uolens igitur pilla
tus populo ſatiſfacere dimi
ſit illis baraban et ſedēs ꝓ
tribunali tullit ſententiam
ut yh̄s crucifigeretur. hic
quomodo tacere ualebimus
o anima mea contra hunc
iniquiſſimum pillatum. O
Judex inique et arbitrator
īiuſte ī quo fuit omnis iuſti
tia O ſententia perpera et ini
que lata antiqua cōſuetudi
ne et Juris ordine minime
obſeruatis ymo ꝛ a iudice ſ̄
ſuo ꝛ ī dn̄m ieſum nullam iu
riſdictionem hn̄te. Quomō
eniꝫ nequiſſimus uermis po
terat ſuum iudicem iudicar̄
qui iudicaturus eſt uiuos et
mortuos ꝛ ſeculum ꝑ ignem
Tulliſti o perfide pillate mor
tis ſn̄iam cōtra dn̄m non cō
uictum non confeſſum: per
teſtes non ydoneos cuꝫ eius
notarij forent inimici Jdem
qꝫ teſtes ꝛ accuſatores exiſte
rent. Nec talia etiam contra
eum depoſuere propter que
mortis ueniret ſn̄ia quia et
ſi ſe regem dixit: declarauit
poſtea regnum ſuum nō ter
renum exiſtere ſed celeſte. ꝛ
ſi ſe filium dei dixit quia ex
hoc nō fuerit male locutus:
iudeos cōuicit uerbo pſalmi
ſte dicentis: Ego dixi dīj eſtis
Nō inſuper ipſe dominus ali
quid ꝯfeſſus eſt morte dignū
ſed nec lata quoqꝫ fuit ipſa
ſn̄ia ſecundum morem anti
quum ꝛ iuris ordinem quia
non fuere diſcuſſa omnia:
que ei obiecta ſunt ymo ue
ro omnis impietas omniſqꝫ
crudelitas erga piiſſimum

icſum iactata eſt. Conſueuit enim ultimo dampnādis ſupplitio triū aut plurium dierum preſtari terminus īfra quem ſe deffendere ualeant ſed benigniſſimus ieſus ī ſero captus & tota nocte flagellis: irriſionibus fatigatus in mane ad clamorem populi mortis accepit ſententiam: que mox fuit executioni mādata. Tu etiam o nephandiſſime iudex: hanc ſententiam cōtra conſcientiam protuliſti cum ſcires mitiſſimum ieſum ex inuidia tibi traditū Ēn quoque ore firmaueras ꝓprio nihil in eo morte īueniſſe cōdignum uerum nec tibi tua proteſtatio ꝓfuit: qua te īnocentem dixiſti manus lauans coram populo: cum ꝓteſtationi contrariū feceris ferendo ſententiam ſine qua crucifigi non poterat. Sed lauiſti o peſſime manus exterius intrinſecus conſcientiā minime abluiſti. ¶ Nūc reuertamur ad noſtrum ieſū. Mox enim ut lata fuit ſentētia uiolenter rapitur pius ieſus & a militibus iniquiſſimi ꝑſidis ad partem domus remotam perducitur: Interim ciuitas tota feruet fama ꝑuia indicante negotium. Stabāt deorſum ut arbitror extra ꝑtorium turbe indociles & inceptū vulgus pontificeſque cū ſcribis. Expectabant anxij ut foras adducatur & omnis mora diuturna nimis uidet̃ Intra quoque pretorium non minus extuat tota pillati cūctio & ſatellitum ipſorum turba nequiſſima Ibi parantur cūcta pro dira ſententia exequenda uocantur carpētarij & ligna querunt̃ ex quibus crux ſanctiſſima componat̃. Mittitur alius ad fabrum ut clauos conficiat longiſſimos quibus ſacratiſſime manus & precioſiſſimi pedes domini mei figantur. Conſtruuntur quoque cetera inſtrūa letalia. Queruntur lancee fuſtes & galee parantur equi & uexilla tendunt̃. Dumque talia per miniſtros ſerioſe fiunt interim ſtat agnus innocentiſſimus ſpurcidorum uallatus turba carnificum qui purpura ipſum exuentes proprijs induunt ueſtimentis: Et quia diu cūcta parantur uerba a lapas: ſputa: & omnia que dici poſſunt cōuitia ei inferre non deſinunt: O dulciſſime ieſu quanta dignus es com

paſſione qui non es permiſ
ſus quieſcere ad momẽtum
ſed in continuis afflictionibꝫ
extitiſti Judas autem qui eũ
tradiderat forte tunc ſtans
extra cum turbis ut audiuit
latam eſſe ſentẽtiam uidens
ꝙ dãpnat⁹ eẽt pẽitẽtia duct⁹
perrexit ad templum ubi et
pontifices fuerant congrega
ti forte inientes cõſcilium ut
ad locum ſupplitij tenderẽt
ne quid ſiniſtri poſſet accide
re quo factum ſuum impedi
retur portanſqꝫ ſecum trigin
ta argenteos quos pro prodi
tionis premio acceperat eos
proiecit in templo dicens pec
caui tradens ſanguinem iu
ſtum: At illi dixerunt Quid
ad nos. Tu uideris: Et abi
ens iudas laqueo ſe ſuſpen
dit principes autem ſacerdo
tum acceptis argenteis dixe
runt Non licet eos mittere ĩ
